

modè verti, *peribit, consumetur*: & quidem ut ὁλοκάυτωμα, quod totum in ignem mittebatur; non ut δῶρον θυσίας, quod ex parte flammis tantum dabatur, remanente in usum sacerdotum parte reliqua. A quâ sententiâ proxime abest *Hammondus*, ex quâdam quasi cognatione Græcarum vocum ἀλιοθήσει exponens, ac si foret ἀλιοθήσειται, quod primò dicit denotare; *capietur*, ac deinde *consumetur* & Es. 66, 17. 2. Petr. 3, 12. conferri cupit. Quarta ejus vocis interpretatio est, quam *D.N. ab Hardt* urget in *Ephemerid. Philolog. Disc. XI. de Condimento sacrificiorum pag. 147.* ubi vox ἀλιοθήσειται, idem ei est, quod: *bitumine involvetur, ut flagret ardentius.* Quâ de sententia ad vocem ἀλι dicenda supererunt. Nobis placet metaphoricus ille sensus à sale desumptus: *velut sale perfricabitur.*

§. II. Particula ε, quæ duo hæc commata quocunqve modo conjungit, ipsa quoq; in interpretum dissidia cecidit. Sunt enim, qui subintellectâ particulâ ετασ eam intelligunt comparativè: sicut *ε. Quod autem sequitur, η, Et, non copulativum, est, sed comparativum, ut sæpe, ait Spanh. à Walæo* quoque allegatus, & consentiunt *Maldonatus, Brugenfis, & noster Glassius.* Sic enim ille *Rhet. Sacr. p. 241. Omnis enim igne salietur, (sicut) ε omnis victima sale salietur. καί, proficut vel quemadmodum usurpari non insuetum est: & remittit ad Gramm S. p. 690. ubi exempla recensentur.* Sunt verò etiam, qui adverbativè illud ε exponunt, *sed, atq; è contrario.* quod illis faciendum est, qui colon primum ad reprobos, posterius autem ad fideles applicant, ut *Lightfootus*, cujus in *H. H. ad h. l. hæc sunt: Cadavera seient vermicibus, ε vice salis, qui munit contra vermes, projicientur illi in ignem ε salientur flammis, ε tamen vermes non morientur. ΑΙ is, qui vera DEO victima, condietur sale gratiæ ad incorruptionem gloriæ.* Atq; ita *Grotius; Omnino, ait, aliqua consumtio homini debetur, ΑΙΙ*